

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prosperitas ak  
cum fonte primo

Tulit te a conspectu uite salubris  
rapida prosperitas.

Tulit te longe a conspectu vitae salubris  
rapida felicitas,  
provincia et procuratio et quicquid ab  
istis promittitur; maiora deinde officia te  
excipient et ex aliis alia: quis exitus erit?  
quid expectas donec desinas habere quod  
cupias? numquam erit tempus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 19, 5-6 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.51, ll.11-15).

Ingeniosus fuit Mecenas, magnum  
exemplum eloquencie daturus  
nisi illum felicitas  
castrasset.

→

Volo tibi hoc loco referre dictum  
Maecenatis vera in ipso eculeo elocuti:  
'ipsa enim altitudo attonat summa'. Si  
quaeris in quo libro dixerit, in eo qui  
Prometheus inscribitur. Hoc voluit  
dicere, attonita habet summa. Est ergo  
tanti ulla potentia ut sit tibi tam ebrius  
sermo?

←

Ingeniosus ille vir fuit, magnum  
exemplum Romanae eloquentiae daturus  
nisi illum enervasset felicitas,  
immo castrasset.

Seneca XIX. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 19, 9 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.52, ll.6-13).